



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 34. Marci Ephesini obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A.C. 1442.

§. XXXIV.

Marci Ephesini obitus.

Inde tamen nonnullum saltem emolumentum Ecclesiæ accessit; quippe, cum Marcus Ephesinus, acerrimus unionis impugnator, iterum a Bartholomæo Florentino superatus ac confusus esset, omniumque judicio, qui a partium studio alieni erant, ejusdem argumentis satisfacere haud posset, tam vehementem iracundiam, tantamque animi mæstitiam inde concepit, ut contracto morbo paucos intra dies animam exhalaret, tam pervicaciter in sua perseverans sententia, ut hos omnes, qui unionis decreto subscripsissent, a suis exequiis abesse juberet, nec pro anima sua preces ad Deum ab iis fundendas se desiderare, palam profiteretur.

§. XXXV.

*Pars Regni a Galliarum Rege
perlustrata.*

In Francia Galliarum Rex indefessa sollicitudine Andegavensem, Pictaviensem, & Santoniensem Provincias percurabat. Ubi Salmurium pervenit, Britanniæ Ducis Legatos excepit, pluresque arces in Pictaviensi agro sitas sibi tradi cura-